

leatē; tantummodò vivens moreretur in morte. Etiam subdolè invadit in vita, & obrepit dulciter aurā: unde officinam vitalitatis (uterum genitricis) signat lobus sepulchrum (insigne mortis) quoniam incepti mori, ex momento, quo genitus nactus est vivere.

Mori in vita san sum.

Senec.

7 Revertar. Discrimen proponitur inter mortem iuliorum in vita, & peccatorum quæ penitē involuntaria: quippequā felicissima mors, antequā moriatur mori; & infaultissima, in morte mortem obire. Sic enim (ait Stoicus Cordub. de Brevit. Vitæ cap. 14.) *penitentes moriuntur: non tanquam exeat de vita, sed tanquam extrahantur.* Fausse enim moritur homo, si moritur ultro. Vide Tautolog. 5. Didasc. 5.

Expirat homo, quo respirat.

Deinde. Revertar, ait: sed quo? Illuc. In terram revertitur. conditio corporis; quippe hæc est via, & irrita universæ carnis. Illuc est machina mortis: Illuc etiam vulva matris. Hic respirat, ibi expirat: ac vitam reverā commutat vivens cum morte; illic, & ubi accipit spiraculum vitæ. Haud multi dies à morte homines vindicabunt, quantumvis felicitate lætarentur: siquidem licet è sepulchro illuc unde egressus, revertatur; vel ingratissimus homo in sepulchrum revertetur. Si dies tempore mensurantur, proculdubio consumuntur.

Psal. 17. Chald.

8 Davidem meditanter audi. Circumderunt me dolores mortis, inquit: Chald. Dolores parturientis. Contraria omnino lætatio. Dolores mortis insunt, ut homo ipsis pulsus transeat invitè ex hoc mundo. Dolores autem parturientis urgent feminam, ut vivens edatur in vitalem auram. Illud est vitæ postremum, hoc principium: ac studiose conferuntur munera parturientis, & officium pallidæ & amaræ mortis; quippe homini, inrè signatur occasus, ubi à natura consignatur ortus.

Luc. 2. 11.

In Bethlehē nascitur ex Maria Virgine, caro factum, Divinum etiam in corpore Verbum. Annunciat expectata retrò sæculi nativitas, & effluit Angelorum meritò hilaritas; siquidem hominum videbatur assertor in novissimo tempore; qui illis exitiæ Salvalor à principio creaturæ. Unde pastoribus lætandi dixerunt: *Gaudium magnum: quia natus est vobis hodie Salvator.* Salvatorem iam Dominum natum appellat multitudo militiæ cœlestis, cūm obtineret titulum in consummatione crucis? Si dum moritur, cur dum nascitur? In nativitate Salvalor futurus, quia per crucem redemptum hominum genus: & Salvalor humanæ propaginis plauditur, simulac in

Ujora huius lucis est pignus mortis.

mundum oritur; quoniam pignus firmum mortis, erat usura huius miseræ lucis. Titulum Salvatoris adeptus est consummatione passionis in cruce: ipso decursu temporis etiam extinguitur lumen vite: igitur plus mors admittit, quòd vita crescit. Impendit vitalis auræ vita floret: inolefcit pariter, & exolefcit. Mors est ipsius vitæ fomes, & instabile impendium: quapropter ut viderent Angeli Iesum natum, Salvatorem designant, quasi iam mortuum.

9 Hæc est vita humanæ conditionis; & vivunt quasi nescientes conditionem vitæ. Nec ruina alterius eiusdem massæ adificij pulsat memoriam; nec exemplum inducit in non ruinam: ira insaturati beneficio labilis undecunque valetudinis, ut seipsos decipiant falso conamine nobilioris fortis. Idem est exitus, & idem introitus: ac nimis stupidus potest agrosere eandem fragilitatem; dum eandem in se agnoverit conditionem.

Navis in qua Ionas fugiebat in Tharssis, ut Ninivem fraudaret n unere predicationis; periclitabatur conteri, intumescere vento valido, mari. Omnia officia potius procellam iuvabant, quam arcebant: igitur athrà abolita, restante fortuna, soluto Aolo, æstu contrario, irrequieto fluctu, inhibito renō; ratem aquarum moles impellebat in fidera, & rursum deprimebat, ut vacillaret arenâ. Navis vitæ symbolum est: dies *Tanquam navis, quæ pertransit fluctuantem aquam*: dicit Sapiens cap. 5. 10. Nauta miserunt pretiosa quaque in profundum, ut quiesceret mare inusurata tempestatis motum. Quam cæca fors mortalium, in acquisitione opum! Multorum vitæ navis haud timet conteri, cum sint fortunis onusli. O me miserum! Potius optabunt obrui, quàm illas obruere.

10 Mare utique ibat, & intumescibat, ut apprehenderet Ionam; ob quem Nautæ grandem illam patiebantur procellam: quin eruditior experientia prudenter sibi subito casu consuleret; cum in se ipsa, ut rectè sese gereret, cœspiraret. Consilium sepelitur, lux rationis conturbatur, tantummodò inconsulto moderatur metus, ac in spem expes vanidè creditur animus: igitur vivator, inops est mentis, in articulo subitæ miseræ mortis. Quid Ionas operabitur boni, cum esset auctor procellæ? *Dormiebat sopore gravi.* Ecce imago obliuati peccatoris. Fugit Domini faciem, quasi effugere possit. Quo fugit? Quascumque inviseris oras, sub lobe temper eris, sive ascenderit in cœlum sursum, sive

Communis est exitus hominum, & introitus

Divitia prolebo iuvanti

Provocatio inops est in articulo mortis.

Ion. 2. 5.

Sans in felicitas, in utraque anem dormire, putate mori.

ve descenderis in infernum deorsum. Vocat Dominus, & dormis; Vocat Nauta, & sopore deprimeris? Periclitatur cymba corporis, & veterno gaudes: Hoc opus, hic labor. Expergiscere. Gravi igitur dormit corde. Sub tristis casus! Siquidem lachrymis dignus, ut reliqui lucta, & periculo præparentur innocentes ad exitum: & eodem discrimine auctor tempestatis amplectatur Ierhargum.

vers. 5. v. 10. v. 16.

11 Miserunt ergò fortes, ut scirent, quare tantum malum, ac inevitabile cunctis periculum? Viderant enim Nautæ maris periti, procellam ortam, & aquam tumidam præter cursum, & ordinem ventorum, siderrum, ac aliarum causarum secundarum: ex quo aliqui DD. haud infimæ notæ autumant licitas tunc fuisse fortes, sicut probantur Iosue, & Saulis: de quo Nos ex professo ad illud Petri Acto. 1. 17. *Sortitus est fortem ministerij huius.* Miserunt quidem, & cecidit Iosus super Ionam: cuius consilio, & ipso misso in mare, sicut ab æstu, & voraci fervore. Perpende modò timorem Nautarum. Oritur tempestas, & *Timuerunt nauta.* Cedit fors super Ionam: *Et timuerunt viri timore magno.* Denique mittitur in mare: & etiam *Timuerunt timore magno Dominum.* Timor ortâ procellâ, haud alienus à peccatore, etenim navis periclitabatur allidi: verum tranquillo pelago, Propheta depulso, est inanis, ac inutilis commotio. Periculum foyet timorem, evanescit absdubie citra discrimen. Animi num imminet Nautis nova percussio, ut non solum timeant, sed timeant timore magno?

Terret iure alle ni infortunium, dum cogitatur esse posse proprii.

12 Profecto quidem. Crescit metus umbra, si micat discriminis deterior alea. Miserunt ergò fortem, ut cognito auctore tempestatis, interiret. Quid mirum, quòd unusquisque timeret? Sors igitur, quæ cecidit super Ionam, cadere potuit super singulorum vitam. Expulsio Propheta minime sedavit animum, sed auxit uniuscuiusque periculum: siquidem naturalis erat cogitatio (in pelagi altuantis, & ferveccntis periculo) ut uniuscuique accideret, quod Propheta dormienti subito contigit.

Cum enim vigilanter inlætarent cum fluctibus, ut mortem evaderent, timent: ac verò semota pelagi tempestate, magno succumbunt timori. Didicerunt igitur malo alieno. Huiusmodi reverentiam, mortis excitatione cogitatio: quoniam instat miraculi, quòd unusquisque Nautarum liber evaderet, cum in eodem differtimine solum Propheta periret.

13 Ex sorte misera Ionæ crevit timor mortis, cum causâ singuli possent esse tem-

pestatis: ac ex missione Propheta in servidum mare, genitus est in cordibus timor Domini. *Timuerunt* (dicitur) *timore magno Dominum*, effugientes morte Ionæ mortis periculum. Prudentèr utique. Deum in voce mortis proximi audiunt, qui nunquam Deum scelere cognoverunt: monentur leni pulsa, ut respiciant; & Deum verum vindicem peccatorum agnoscant: etenim ne viderent infideles in flagitium, pœna Propheta: proponitur in exemplum. Inimici Dei, superstitione perliterant: cete leviter delinquentem ligurivit Ionam: & timent timore magno, conscientiam contemplantes deformi scelere novo: igitur malè multabit penis obnoxium, qui tot anxietatibus flagellavit amicum.

14 Haud Nantarum prudentiam explorant perditissimi homines, de sceleribus in scelera usquequaque ruentes. Familiaris è latere corruit, insidiane occultâ romica præter opinionem; & minime cogitat idem habuisse discrimen: quapropter quasi efflet exemptioris conditionis, haud sapit alienis malis. De medio uxorem dilectam sustulit obrepens mors, ac filij decedunt in herba præter spem. Vident sicco corde humidili oculi, & fatuum cerebrum obdormit sopore gravi; quin duro pectore imprimatur rationalis cogitatio (cum sit in eodem ipso vite periculo) posse scilicet, in se iam sortem præcludere halitum; ut contingit subito conversantibus secum. Neutiquam alio valentiore fulero nititur propria vita, quàm aliena. Levis cunctorum est aurâ. Timeamus ergo articulum mortis timore magno, siquidem pundum est quod vivimus, & minus puncto.

DIDASCALIA XIV.

Musice in utero genitricis prognosticon est eximia Benedicti sanctitatis.

1 F Erme eadem de Legislatore N. & Religioium Patriarcha scribit Cister. Bonifacius Simonetta lib. 4. *Persecut. Christian.* Epistol. 20. Per indicem huiusmodi excellentiam tangemus, igitur ad illud Genes. 12. 2. *Benedicam tibi, erisque benedictus*, latè tractabimus Tautolog. 3. tom. 2. Pater generis Adamus, spiraculo vitæ vivificante. Pater Monachorum vivificatur sine spiraculo vitæ. In utero matris fecus non respirat, & vitam habet. *Air* (inquit Nicò-

Ne rulli homines in signis, pa-na levis imperfectionis in exemplis proponitur.

Etiam dum urget maioris excitationis, opprimatur veritas.

Bonif. Simon.

Nicol. Nanc. laus

Nicol. Nanc. Benedi. elui ex- piritit si ne spiraculo spiratum in sanctitate prisa glum.

Berthar

laus Nancelius in Analog. Micr. ad Maer. lib. 7. Problem. 9. Job angustias loci propemodum nullus inest. Aere opus absdubie est, ut formetur tenuior vox, ut idem astruit ibid. lib. 3. ac in signum spectabilis sanctitatis, in matris vulva Benedicti profertur melodia vocis, ut mundus firmum agnosceret perfectionis praesagium; cum videret vel in foeto sine spiraculo spiritum: liquidem nondum adepta tempore aura vitali; ut Deum laudaret, blandiebatur voce. Merito in vita Gloriosi Patriarchae Bertharius Abb. Caf. cecinit: Quippe vix natus dubia haud futura Signa virtutis dedit Benedictus, Intus & extra.

Vix natus, idest, vix genitus; quod quidem passim in Scriptura teritur. Matth. 1. 20. 21. Quod in ea natum est: pariet autem filium. Sicut contra Genes. 29. 32. Quae conceptum genuit filium. Idest, peperit. Vix genitus vocibus atatem transit: Creatorem etiam in utero agnoscit. Minime erravit ab utero, loquens verum: igitur ut eminent singularissimum signum enarraret univere mirabilia immature perfectionis; audit orbis adhuc in utero vocem laudis. Quid enim futurus opportuno tempore ad extra, dum intus videbantur univere mirabilia? Non tantum ab utero, sed in utero ab Auatore suscipitur; cum pro singulari gloria melos vocis auscultatur.

2 Pervenit Ellas usque ad montem Dei Horeb; & proposito erga Deum flagrantis pectoris zelo; patuit gloriae mirifica visio. Praecelsit visionem maiestatis spiritus grandis, commotio fortis; & ignis utens. Nihil horum sedes Dei: igitur perperam quaeritur in vanitate, in animi commotione, & in zelo nimio; procul synderesi. Subsequitur Post ignem sibilus aere tenuis: & ibi Dominus. Lectionem Chaldaeam audi. Angelorum vox canentium in silentio. Absonus videretur periodi trames; quippequam opponuntur silentes voces. Vox auditur, silentium illud temporis rumpitur: quo ergo pacto vox angelorum auditur, & canentium in silentio? Minime numeri musices essent caelestis, ni symphonia audiretur singularis. Silentium commendat situm, vox verò dulcissimum cantum: & praefertur in visione pro gloria, vocis, & non vocis consonantia; quandoquidem nihil maius, quam carmina modulari, sed sine voce.

3 Vigilantius enim vox necdum pueri Benedicti, enarrabit ordinem & concertam caeli: qui si dormire possit, huius musica fecisset. Nomine Angeli passim plauditur a Gregorio Magno lib. 2. Dialog. & istiusce-

modi epitheto Benedictum etiam nominavit & Virgo, apud S. Birgitam lib. 3. Revelat. cap. 21. Gravidatur mater gemellis sanctibus Abundantia, scilicet Benedicto & Scholastica, quae thara pignora. Melodia personant in utero genitricis alternantibus modulis. Uterus maternus silentij locus est: ideo qui ibi recluduntur, infantes sunt: & apte dicitur Angelorum vox & canentium in silentio; quia minurium medullis vel in genitricis alvo. Vox tunc sepulta, antequam nata, immota lingua. Claret ergo singularis gloria: igitur succinit dulciter gemellorum modulatio, cum voces deberent esse in utero sub silentio.

4 Perpende. Post exercitum Angelorum, dicitur versioe Chald. ubi supra, vox canentium in silentio. Arias-Montan. Vox silentij. Gloria Dei describitur manifestanda Propheta, ut gauderet, praet poterat, Dei visione. Mulectur auditus, dum fatiatur oculus: & astruitur in gloria vox in silentio canentium, post exercitum modulantium Angelorum; quoniam post vocem Angelorum in caelis, nil volupe magis, quam hos gemellos audire in utero genitricis. Videtur modo gloria in terra nostra. Iubilant ibi omnes Filij Dei; & iubilant hi felices gemelli in caelo gravidæ matris; ut Deus haberet Angelos etiam in terris. Haud impediuntur à clamoribus concretionis rudi, & quasi informi; cum reliqui iaceant sub potestate silentij: quippe voces edere nondum editi, non murus terrigenarum, sed officium Angelorum. Vox vocis, dicitur à David. Vox silentij etiam auditur. Quoniam ergo vox taciturnitatis, & vox vocis? Subdit Vates Regius. Mirabilis Deus in sanctis suis. Dat enim voci Dominus vocem; cum ad suam laudem excitat loqui potentem. Confert vocem taciturno silentio; ubi in genitricis utero, eius praesentia efficacitas facit linguas infantium disertas. Aptius promam. Vox vocis auditur, cum ad alta, quam ad Deum potest dirigi verbum. Vox silentij auscultatur, cum non in alta, praeterquam in Deum voces linguae dirigitur: & dum voces infantium modulatur carmina in vulva matris; proponitur vox taciturnitatis, & non vox vocis: siquidem in sanctis Deus mirabilis videtur; dum vox silentij singulariter auditur. Incapax prorsus tenerendum infantium, ut in signula corporum formetur verbum. Miraculum patent inarticulatae voces: quid erunt numeri merici? Iam didicerunt inauditum melos, qui nunquam audierunt sonos: Mirabilis sane Deus in cunctis: at signatur mirabilior in his gemellis; igitur in horum voce silentij, proportio musicae major sine proportione.

Greg.

Birgit.

Mirabilis modulatio, cum non cesset de hent fact silentio.

Chald. A. N. 67

verf. 14.

Quid habet vox singularitatis in utero genitricis

Singularis modulatio Pe-ne-citiffi & Scholastica.

Psal. 67. 34.

verf. 6.

Speclabilis hoc dicitur vox silentij, quia pro portio maius sine proportio ne.

Ibid. Sauid. & For.

Uterus of scina for orationis est cbrusu Benedi: modulantis.

Sim

5 Singularitas, cuius Divinus Sponsus fatagebat in Amalia, concipitur necdum absolute formati, in Benedicti melodia. Surge, amica mea. Surge, dicit: ergo iacet. Animam Benedicti alloquitur; dum inter involuera nondum natus, sepelitur. Surge, amica. Amica, & iacet: Amica dicitur, quia surrexit. Monumentum quidem amoris erga animam sponsam, quod amica vocetur, priusquam usuram huius lucis nanciscatur. Cur ergo huiuscemodi dulcia colloquia, vel in exordio cum anima amica? Succinit Bernardus in Cant. Serm. 21. Pro singulari perfectione, & excellentiore virtute. Eluat igitur: verum quo signum amoris, ut illa rationabiliter rependat vices? Haudquaquam amor interprete eget: continuo, faxoque dixit: Sonet vox tua in auribus. Vox enim tua dulcis. In minuritione vocis Sponsae collocatur obsequium: Vox exultationis indicat pectoris gaudium: quod quidem plenum, ubi illo fruitur; nullatenus dum sentitur Sponsus post cancellum. Coalescit enim latitia ex gloria (tot incolatus anxietatibus cupita) in qua, dote visiois Sponsi sobarratur anima, ita ut in perpetuum lateat Sponsa. Vita praesens potius obtinetur ad plaudium, quam ad degeneris alacritatis articulum. Iceiro quæ non ingrediuntur, clamantur: Domine, Domine, aperis nobis: siquidem absentia Sponsi (rapientis animæ sensum) quasi in terra aliena absonè cantatur canticum. Sane: sed iubetur, Sponsam modulis personare, ubi relique genitibus depromunt miserabiles esse; ut per concentum singulare vocis, illa inter omnes notaretur singularis: equidem ibi ubi relique epicedium, Sponsa uti iam amica, succinit epithalamium.

Bernar.

verf. 14.

Quid habet vox singularitatis in utero genitricis

Matth. 25. 11.

6 Igitur cuncta Instrumus. Sonuit melos vocis, ac dicitur statim, quod Vox dulcis. Cur in terris allicet vehementer Sponsi auditum, quem petet in caelo demulcet canticum novum: Nihil novum magis, & merito, quam huiuscemodi Sponsae modulatio. Situs, qui capiebat amicam Sponsam (quantum auguror) dulciorem construxit musicam. In caverna macerie (procedit filium sermonis Sponsi) sonet vox tua in auribus meis. Caverna macerie dicitur uterus matris. Vide Sanctium, Alapide, Oleastrum, & Forerium, ad illud Hæc 51. 1. Attendite ad caserem lasi, de qua praefici. Modò intendente: Mansio Sponsae erat caverna macerie depulsa propter pondus labis originariae: sonat vox in maceria, & iure extollitur dulcisona musica: quandoquidem laude dignum, ut qui alijs est uterus officina struaturae corporalis, terrestris, amica Sponsae tunc cho-

rus, quo modeste audirentur organa vocis: Quid igitur magis novum, quam huiuscemodi canticum?

7 Locus vulvae potius videtur habitatio praeparans ludum, quam locus aptus ad cantum. Vox enim saepèpius auditur fluctus, dum gravatur tactibus feminae alvus: atque sonat in caverna macerie vox dulcis Sponsae; & magnopere Sponsus afficitur voluptate: igitur specialitas minuriantis gutturis, blandiam erat placidioris auris: siquidem novum erat, quod ederet in utero voces consonas, cum relique voces dissolvuntur in lachrymas.

Deinde: Personare iubet Sponsam, nondum natam, ut amici intendant singulariter in melodiam. At priusquam erumperet in numeros vocis, vox Sponsae ab Amalia plauditur dulcis. Quomodo ergo dulcedo vocis plauditur, si non auditur? Efficit proculdubio corpulculi Sponsae mansio, ut magis, vel non audit, vocis floret dulcedo. Quid enim dulcius desiderari poterat in numeris modulationis, quam erumpere in voces ex utero genitricis?

8 Praeterea. Ut sonet vox in auribus Sponsi, dicitur Sponsae: Surge. In sacra pagina ly Surge, aliquando accipitur pro Effle. Unde Ecclesiastici 48. 1. Surrexit Elias: idest, natus est, vel apparuit Elias. In carcere, quo priusquam nascatur, à natura detrudimur; erat Sponsa, & non erat: quippe nihil esset, si in illa forma extitisset, nisi iussa praecinere, modulatur apte refractione vocis: & faxò vox, quæ vix vox, vocatur dulcis; quoniam exprimebat esse receptive in voce, quæ necdum habebat esse. Esse utique vocis: ut musicam suavissimam tenuis forraret, ubi iure ambigi quibat, utrum existeret.

Aptius. Vox in rationalibus indicat iam micentem cognitionem, quasi gnomon confortationis cerebri. Quapropter Plin. lib. 9. cap. 37. Nec reboratur ante primum sermone exordium. Praet vox in corroboratorem extenditur, cognitionis lumen potius distinguitur. Non aliud lingua numeris exprimit, quam quod meditante cor in abscondito concipit: & vox Sponsae infantis celebratur ut dulcis, licet audiat ut tenuis; quippe necesse erat, ut Sponsus musica talis perpendere suavitatem, cum dedit articulationem.

9 Alter etiam concipitur illud Surge: siquidem interdum portendit celeritatem. Abundant testimonia in Scriptura. Iona 1. v. 2. Surge, & vade. Lucæ 18. 15. Surgam, & ibo. Idem, Surge, & Singam celeriter. Verbum pro adverbio. Iceiro Psalm. 59. 8. La-

Notum vox hilari- tatis, ubi audi- tur cre- bro vox, ditoris.

In qua dulcedo huiuscemodi mu- sicæ?

Ibid. v. 11.

Quia praecinuit cantu vix esset.

Plinius.

Quia et dicitur dicitur, ma- gis celeritate.

In scri- ptura saepe vultu- pro ad- verbio.

Vel inter-  
iudicium.

Deprom-  
pfit can-  
tici, illi-  
cō ut ba-  
buit vi-  
talitatis  
exordium.

Augusti

Amor  
musica  
cordium.  
Apocal.  
14. 2.

Vox hu-  
iustodi  
est de cae-  
lo

A primo  
temporis  
quo de-  
dit esse  
naturam,  
convac-  
sa fuit  
consonā-  
tia.

*labor & partibus Sibimam. Q. d. Latanter partibus. Vel verbum pro interiectione. Surge illuminare. Isa. 60. 1. id est, Et illuminare. Ioann. 11. 34. Veni & vide: q. d. Ob vide, vel Heu veni. Vide quae diximus in Prolog. Galeat. §. 4. num. 3. & 4. Modò ad studium Sponsae, dum intenditur modulatio in caverna macteriae. Expectare terminos naturae, ut ederet voces; nihil haberet musica singularitatis allecetricis. Obsequium igitur novum dilectionis eximia, non adamusim claret communis regulae. Exordium sumere à summo difficultatis, commendat excellentiam singularis perfectionis. Eò enim repente transvolat fidei cordis demonstratio; quò nunquam pervenit praecellens perfectio. Cantare novum canticum (iuxta Augustinum, Serm. 256. de Temp.) est accere amorem novum. Haud mirum, quòd musica Sponsae in utero genitricis audiatur ut singularis: siquidem ita praevenit melos gutturis, amoris studium in benedictionibus dulcedinis; ut illa promeret novum inauditum canticum, illicò ut habuit vitalitatis principium.*

*10 Infuper. Vox in Sponsa redamationem definit; siquidem prius Sponsus dilexit. Musica cordium insignitur amoris studium, qui suaviter & fortiter fides conciliat ad concordiam voluntatum. Sic enim vocem amantium, appellat Ioannes Vocem citharædorum. At ubi? Profere: Audivi vocem de caelo. Sponsa iam perpendas redamationis officium, & Sponsi auscultantis meritò plausum. Assona, suaviss, dulcis vocis sanequàm videbitur modulatio, si audit Amasius in terris vocem de caelo.*

*Consonantiam nota. Prior Sponsus personat ad eor igitur loquitur vox dilecti. Audit invisus post parietem, sed libenter, vocem Sponsae (in caverna macteriae genitricis) carmina ad numeros studiosè prosequentis. Cur ergo à cantatrice non videtur Sponsus, si volupè melodiae praesentis auditur reflexio cantus? Recessus igitur Sponsi signat Sponsam necdum vidisse Amasij inexcogitabilem gloriam, ubi sponstarum chorus vocibus incessanter conficit musicam. Prosequi cantu laudes Sponsi in exordio huius lachrymabilis vitae; est operari excessum voluntatis in exilio, quem reliqua faciunt exultantes in caelo. Sanè non mira modulatio vocis, in contuitu & praesentia maiestatis. Singularis prorsum in amore musa videtur; ubi palam celebratur, cuius visione nondum oculus fruitur: igitur si caelestis chorus visionem expectat, ut resulter consonantia; vocem edidit singularis Sponsa, à primo vi-*

te instanti, quo dedit esse lachrymabile natura.

*11 Vox ergo gloriae audita est in terra nostra. Terra nostra vallis est lachrymarum, atque officina dolorum. Primam vocem sapienter emittit plorans, siquidem Protoparentis haec est haereditas. Ploratus cuiusdam infantis quatuordecim diebus auditus, antequàm nasceretur; Simon Maiolus astruit, Dier. Canic. colloq. 4. cum Caufin. lib. 3. Symb. Parabol. 3. Quapropter notari in Benedictio, debet uti singulare prodigium; quòd prima vox esset dulcedinis canticum: ac ut magis ac magis emineret vox amoris; modulatio exordium habuit ex utero genitricis. Illicò vox deprompsit, quod peccus flagrans concepit. Haud dicat vel minimum inlans temporis, dum eius vox sonat in caverna vulvae: imò expressit à conceptione in Auctorem vehementem voluntatem; quando in utero matris consecravit primam vocem.*

*Ut ad musices blandimina Amasiae velociter exaltaretur, temporis opportunitas aptè describitur. Iam enim hyems transiit. Surge. Dignatus praevio favore Benedictus in matris caverna, fecit dextrè ut praeflaret insignis musica. Insignis: quoniam in signum perfectionis & excellentiae penitus singularis; Deum prosequitur modulamine, etiam in hyme formationis corporis. Ante annos curam gerit, animumque virilem.*

*Est laevis iustus  
Ex pretio, quod terror agit: mansuetaque virtus  
Crescit in adversis, qua testibus usa periculis,  
Ad meritum discrimen habet.*

*Huiusmodi Benedicti officio asipulatur Arator Diacon. lib. 2. in Acta Apost. igitur ut inter iustorum laudes musice illius uti meritum, discrimen haberet; in Dei honorem ex utero matris innotat speciale modulamine, quandoquidem suavis melos, & dulcor iubilus, edente Benedicto ante nativitatem, quod iusti postquam sublatis in patriam caelestem. Auscultat Sponsus placidè, cum Benedictus minuratur apprimè. Auscultat, & latec: obsequio reipsa singulari vox modulantis studet. Haud flat praesentia vocis, dum vultus ostenditur: sed sonat vox suavior, ubi facies obnubitur.*

*12 Sub calanum occurrit vox Seraphim clamantium vicissim: eisdem alter ad alterum proclamabant trisagium insigne & incessabili voce. Corporati Seraphim Benedictus, & Scholastica sancta succurrunt, & alter ad alterum conclamantes geminabant. Sic enim utroque simile canticum; sed*

Infantis  
cuiusdam  
auditus  
fietus in  
matris  
utero.  
Maiol.  
Causin.

Primam  
Benedi-  
ctus vocem  
Deo  
dedicavit,  
in utero  
matris.

verf. 11.  
Etiam  
in hyme  
formationis  
corpo-  
ris.

Arat.

Operatur  
Benedi-  
ctus ante  
nativitatem  
18. quod  
reliqui  
in futurum  
post nati-  
vitate.

Isa. 6. 3  
Suaviter  
Sponsa  
macteriae,  
cui non  
videtur  
facies  
Sponsae.

Cant. 2.  
13. 14.

Haud  
astim-  
preatur  
plurimum  
obscu-  
ritatis,  
nisi fuerit  
extra cor-  
dium.

Vox mi-  
rabilis,  
quae stu-  
dio anno-  
riti for-  
matur in  
utero ge-  
nitricis.

Luc. 11  
14.

De por-  
tentum  
ostendi-  
tur, quòd  
mutus lo-  
quatur.

Novar.

Solutio  
natura  
sua  
quae sp-  
ritum est  
gratia.

Luc. 1  
44.

Item. 1  
6.

Mysteria  
Trinitatis  
sile  
adhibet  
dicitur: ve-  
rum lin-  
gua non  
exponit-  
tur.  
Exod. 4  
10.  
Ibid. 5.  
v. 6. 14.

*sed etiam invenitur haec dissimilem modum. In gloria, quae ex facie Dei, gaudibundi Seraphim erant; & diabus alibi Pelabant faciem eius. Huiusmodi articulus magnificavit suavitatem cantus. Videtur Sponsam, & erumpere in enconia; proculdubio est necessarium: prosequi, dum non videtur, voce suavi; uti liberum, claret singulare obsequium: & Seraphim faciem Sponsi videntes velant, quasi non viderent; ut modulationes vocis suaviores in auribus resonarent: igitur plaris musica habetur in gloria, dum sunt in illa, & considerantur extra.*

*13 Patet in Sponsa iam in perfectione adulta, illiusmodi modulationis circumstantia. Detendit in viridarium rola rustica rationalis, ut deliquium pectoris levaretur quasi accipio, floribus. Prospexit Amasius oblectantem Sponsam; ac latim dixit: Quae habitas in hortis, fac me audire vocentium. Auscultat dilecto promptè, & canit, Fuge. Singularis cantio! Si dilectus fugit, frustra concinit. Concinnatur cantus, ut delecetur modulamine Sponsus. An quia reflexiones vocis dulciss alliciuunt, si procal guttura minuriantia auscultentur? Concupit, percipiturque discriminatim suavisimum melos, quando seorsum à longe exaudiret sonus. Sic igitur: verum summi boni absentia langueret & musica. Minime. Crescit melodiae studium, ubi cantrix procul cogitat dilectum. Praesentia Sponsi est in gloria: fuga dicitur huius saeculi miserabilis vita: & in obsequium dilecti, haud canit Sta, sed Fuge: siquidem Sponsae officio, parvi videretur haberi canticum; si dilectum non laudaret, priusquam feliciter ingrederetur in caelum.*

*14 Ecce summissis cantionis Sponsae. Suaviter cecinit anima Benedicti. Sponsa, dum habitat in hortis, ubi florent potentiae rationales. Benedictus in aciditate corpulculi quasi inanimati, & in caverna macteriae. Illa modulatur in paradiso voluptatis, non procul à gaudio. Hic in utero genitricis remotus à caelo: at huius modulatio inauribus dilecti suavior auditur; quia dilectum audientem à longe, in hymno contemplantur. Singularis sanequàm vocis dextrè modulatio; dum auditur in utero; quod fit in caelo. Succinit Sponsa diapasonate rationis: longe abest in saeculo vel minima proportio rationalis. Mutationem fecit in musica vocis inaudite praesentia. Vox igitur, modus, & locus singularia sunt: mirabilior sane vox, quae (ut delecetur magis Sponsus fugiens ab oculis) studio amoris formatur in utero genitricis.*

*15 Erat Iesus sciens demonium (nar- Tom. I. Taut.*

*rat Lucas) & illud erat mutum. Grande prorsus spectaculum. Eiecit demonium: Locutus est mutus, & admiratae sunt turbae. Si locotes est mutus, fugite diabolus. In phraisi materialitate pro nunc libenter ostendo. Locutus est mutus. Mutum loqui omnino impossibile. Mutum non posse loqui, etiam profert Baruchus, cap. 5. 40. Si loquitur, mutus non est; nec mirabile quòd loquatur, qui non mutus: & dicitur mutus, qui mutus fuerat; ut cunctis clarescit, quantum foret miraculum, loqui mutum. In utero Abundantiae (Benedicti & Scholasticae pariter genitricis) rumpuntur horum quamcunq; organa vocis. Condicio illa mirorandi: ideo dicitur domicilium infantum. Loqui mutum, impossibile: siccirco plauditur ut admirabile, illos edere musicae voces; dum tacent muti in domicilio matris. Loquitur, qui fuerat mutus, & turba iure mirantur. In novum miraculum ex visione disponatur: igitur factus in hominum aente excitatur admiratio, si vox infantium auditur in necessitate silentio. Locutus est mutus, gratias agendo: inquit hic Novarinus. Cedat illiusmodi portentum voci silentio infantium: siquidem Auctori grates creationis perloquitur, prorsuquam in orbem nascantur. Locutus est mutus Benedictus in vulva: si loquitur lingua, accessit & gratia. Dæmon catena primae transgressionis possidet, quos natura in alvia matris concludit. Omnes silent sub iugo exactoris, quousque accedat in gratia beneficium libertatis. Evidens gratia musica signum, expellentis è possessione demonium. Ni accessisset gratia illuminatio, absone Ioannes exultaret in utero. Sed haec subinde, Musicam prosequamur; ne estis- vi intermissione, privemur modulationis dulcedine.*

*16 Incunabulis naturae, ubi individui primam obtinent mansionem, expressit puer Ieremias pectoris hilaritatem. A, 4, 4, 4, (dixit) Domine Deus: ecco nescio loqui. Nescit loqui, & loquitur. Utiq; Ter A, ex quo conscribitur inarticulate gutturis melos, signat mysterium individuae Trinitatis: & loqui nescit, dum verbis arcana exprimit; quia lingua eloquentia solutoris, est in mysterio Trinitatis, verbum inarticulatum infantis & balbutientis. In omni Aegyptiorum sapientia veritatus Moyses dixit: Non sum eloquens, sed quo locutus es ad servum tuum. At quid locutus? Sum qui sum: Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Iacob. In prima periodo unitatem substantiae Deitatis praesignat: in secunda pluralitatem hypostaton (quarum unaquaqueque Deus) singulariam demonstrat: &*

altitudo ineffabilis omnino mysterij, cunctis eloquentiorum tardioris lingua fecit, ex quo cognovit. Boni digressionem consulat lector, quia occurrit cogitationi.

A. 2. 2. proferre puer in utero. Vox admiratiouis est. Sonos edat, aluitur Docif. Viegas. Viegas in Apoc. cap. 10. lect. 5. num. 4. Aliqua dixi in Scen. Sacr. Tom. 1. Orat. 2. num. 2. Sonus est: ideo in cantico inculcat A. Pallogia est, sicut in dramate lo. Ovid. lib. 2. de Arte, v. 1.

Ovid.

Dicite lo psalm. & lo bis dicite psalm. Et in utero? Miraculum est studere musica, qui nescit loqui. Et in utero? Sonus celebris, & auiosus dulcis, animum attollens in culmen admirationis. Sentum rapit, dum musicam suauitatem in utero constituit: siquidem nihil mirabilius, quam quoddam infans innotescat in musica, cum nesciat ob temporis angustiam formare verba.

Miraculum est, studere musica, qui nescit loqui

17. Intuer. A. 2. 2. dicit erudiori verborum facundia, igitur detectu vocum adaequate celebrantur arcana. Quomodo nescit, si dixit? Locutio est in verborum prolatione. Si profert verba, scit fieri. Pronunciatio sanequam verbum, qui verbis spectabilibus concinnat carnicum. Parum admirationis sonus habere, tunc loqui sciret. Dixit in utero matris: ibi exercet melodios officia vocis. Vulva est comoratio silentij. Quousque auditus fecundetur, lingua tacet: atque sonus vocis infantis auditum allicit in utero genitricis; quoniam intellectum urget in admirationem, quod musica Deum laudaret, antequam videret lucem.

Et amplius, antequam videret lucem.

Verum perpende, quid dixerit: Domine Deus, ecce nescio loqui. Domium Deum cognoscit, & loqui nescit? Miratur Maichatem, & propter excellentiam profert A, ac verbum, quod loquitur, verbum in ore non est? Potius dixerim, spiritus esse verba, quam a labijs inarticulata sine forma prolata: igitur interfecere verbum, animi suspensionis luet indicium. Ille miratur in utero. Deitatis maiestatem, non verò musica vocem: quandoquidem nullum maius prodigium, quam cognoscere in vulva Dominum Deum. Ipsa infantis ballutientis singularis modulatio, indicat puerum, Deum sensille, vel in utero.

Singulariter praelibit, etiam in utero cognoscere Dominum.

18. Eloquium audivimus, colloquium vigilanter obseruimus. Nescio loqui (ait) quia puer ego sum. Illud verbum praestat palam insigne sanctitatis; siquidem ita alij nesciam loquuntur, vel in gradu perfectionis. Noli dicere (subdit Sanctificator) puer sum. Aetas mensuratur spinithere perfectionum, nullatenus iure, vel momentis temporum. Aptè cadit in N. Legislatorem Benedictum

Verf. 7.

Perfessio pendet a uitate, non ab aetate.

huiusmodi elogium. Absfona pueri nominatio, qui puer incepit a summo. Vide interim D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 1. ad 2. & Greg. Pap. 2. Dialog. cap. 1. quousque Nos lococitato supra Genes. terio auctoritates utriusque deleceamus.

Noli dicere puer sum, quoniam ad omnia, que mittam te ibis, & uniuersa quacumque mandaui tibi, loqueris. Iam ergo aptus, qui modulatur in utero, culibet iniungendo ministerio. Cur enim non dicitur: Ito, sed ibis. Hoc futurum. Quodnam ergo post etatem miraculum? Summum. Dum in inhabili etate res mira contingit, admirabilem puerum utaque exprimit. Sic enim dicitur de Ioanne: Quis putas puer iste erit? Quis erit, qui nunc sic est? Quis post, si manus Domini cum illo, vel in exordio? Nova haec miracula portendunt futura mirabiliora. Ita futuram perfectionem Dominus indicat, cum Ieremias adhuc in utero cantat: siquidem haud retrò audita dulcedo modulationis, signum erat futurae profuturæ sanctitatis. Ios. Obedientia praeribitur. Non dubitat de voluntate Propheta. Insignis indoles! Ibid sane ad uniuersa, & quacumque. Constituitur Benedictus Ieremia inflat super gentes, & regna, ut euellat, & destruat, & disperdat, & dissipet, & adificet, & plantet. Hoc homine, de caelo descendente, erat in Ecclia opus, tempore infelici, quo natus est Benedictus. Cardin. Calarem Baron. contule. Anno. 476. Tantus (inquit) splendor ex viro Dei Benedicto ad Ecclesiam illustrandam diuinitus emicuit; ut radios suos a Solis Ortus usque ad Occasum, a Septentrione ad Austrum, longè, lateque diffuderit. In tam tetra igitur noctis obscuritate, densoque caligine, eiusmodi claritudo lucis affulsit; qua uniuersus Catholicus orbis illustraretur: etenim quod admiratione dignissimum est, in hac S. Benedicti uocatione, summa Dei in consulendo sua Ecclia, innotuit providentia. Hac, & alia Baron. ubi supr. Magna igitur, ac praclara geret, si tempus inuat; quem Deus tanto miraculo uel ab utero commendat.

Luca 1. 66.

Luce 1. 66.

Dulcedo modulationis prognostica sanctitatis.

Baron.

Faciet praclare miracula magna, quem Deus mi raculis, uel ab utero commodat.

Plinius.

19. Infantis in nascendo nulla uox auditur, antequam totus emergat utero. Primus sermo anniculo est. Semestris locutus est Crexi filius in crepundij, quo prodigio totum id condidit regnum. Sic Plin. lib. 11. cap. 51. Hac omnia, quae admirationi feruiunt, Benedicti musica signatijs obtundunt prodigium: igitur uocem, & alitisonem emisit; antequam utero emergeret. Quia Crexi filius praeproperè locutus, praefagitur Sardis principatus. Vox praefaga fuit in matura ac-

cc2

celeratio uocis, quasi uestigium futuri regimnis, & maiestatis. Quantum ergo aucuparentur excellentia prognosticam, si in utero matris audirent modulantem Benedictum? Infantis nascentis nulla uox auditur: huius auditur antequam nascatur. Haud anniculo primus sermo; sed in genitricis aluo; ut ex prodigio singulari praeproperè uocis, in infante praeritetur excellentia sanctitatis.

Minimè quiescit ingenium, siquidem later adhuc in officio Ieremie singulari miraculum. Inarticulatos edit musicæ sonos, ut suauis praestet in auribus fonorum melos. In vulva reconditur; & chorus auditur. Involucra uteri sunt infantium custodia, & carcer naturæ. Videns conitatur lachrymaz. Quidum si in alijs excitatur planctus, a Vate uel in vulva formatur chorus? Ratio prompta. Sanctificatus est, antequam exiret de vulua: & resonat pectoris canens, quia sanctificatus ante tempus. Alij autem post editionem in lucom, sed ille fuisse ante nativitatem. Quid mirum, quod gratia excitaret uocis flexionibus musicam; ut puer in vulua caneret intempesiuam victoriam? Erupti infans lætabundus in canicum, ut modulatione insigni portenderet nobilissimum triumphum: rutilas siquidem perfectionis futuræ commendatio, si Deo dicatur ab utero.

verf. 7. Virtutis claret ob matione, si Deo dicatur ab utero.

Aliquos do obsequium amoris, est praemium diuinitis.

Apoc. 14. 2.

Apoc. 14. 2.

tium in vitibus suis. Quid ita sine oppositione sociantur stetus modulationis, & modulatio plorantis? Absfona uox aquarum imularum stentium, & uox suauis fidium citharædorum. An quia non esset musica, nisi fidium esset ad numerum dissonantia? Aptius arbitror; confici musicam in caelo, ex uocibus tristibus lachrymarum in mundo. Auditur chorus, qui quondam stetus. At cur in eadem uoce uoces distincta, ut uox stentium sit melodiz? Voces huiusmodi sunt in ordine ad gratiam, quæ naturalem uivificat vitam. Gratia est musica animæ in suauitate dulcedinis personantis: cuius priuatio est uox animæ, propter primæuam noxam amarè stentis: & in eadem uoce inest auribus uox aquarum multarum gementium, & uox citharædorum citharizantium; sonus gandij, & uox lamenti; quia dum alij gemunt infelices originarij culpa, alij exultant lætabundè collata gratia.

Mundi lachrymæ in caelo musicæ.

Gratia iustificat uiget in musicam.

Cneus Matth.

In modulatione Benedicti auditur uox gratia.

Quid Luna silent

Plutarch.

Plin.

Apul. Colim. Virgil.

22. Prima uox pueri plorantis exprimit naturam hominis exulis in valle lachrymarum, ubi non nouum in filijs Primiparentis lamentum. Unde Cneus Mattheus: Sum natus lachrymans. O genus humanum miserum & lachrymabile! Et illud incogniti Poera: Omnis masculus A nascent, E femina profert.

A dat Adam genitor: E dedit Eva prior. Benedictus priusquam nascatur, dulcissimè personat. Mirum herclè spectaculum! In illo cordis hilaritas, ac in alijs conditionis lamentum? In infante alijs simili, carnicum noxæ modulationis; & in cæteris, gemitus quodammodò propherantes ( ut dicit August. lib. 21. Ciuit. Dei cap. 14.) conditionis multitudines? In reliquorum lachrymis uox aquarum, & in Benedicti uox sonat citharædorum? Sequitur gemitus culpam, lætitia gratiam: ac Benedictus edit musica numeros suauis modulationis; quia sanctificatus erat etiam in utero genitricis.

23. Obseruauit Antiqui caelorum harmoniam, qua Dei enarratur magnitudo. Exponitur etiam eruditio in firmamento; ut significatione abstrusa dicacium signorum, quasi emblematum, innotesceret musica uariarum compositionum. Plerique illorum Sirenen collocarunt in singulis caelis, imò in singulis altris. Vide Plutarch. Commentat. de Musica. Verum pulsæ memoriæ insignis AA, phrasis: siquidem cum non fulget, dicunt, Lunam tacere. Silente Luna: ait Plinius lib. 16. cap. 39. & Noctæ silente, pro absente Lune splendore, etiam dixit Apul. in Asin. Aor. lib. 2. Columel. lib. 2. cap. 10. & Virgil. Aneid. lib. 2. v. 255. Per amica

20. Iam igitur propositum finem habebat; sed ne manea uideretur Didascalica (qua significabatur officium singularis perfectionis) operæ duxit Dei signare munera largitatis; ut amia Benedicti singularis in obsequijs, esset etiam singularis in delicijs. Quid possumus dare uiro isti sancto? Quid dignum poterit esse? Nos uidere fecit lumen caeli, & bonis omnibus per cum repleti sumus. Quid illi ad hac poterimus dignum dare? Quam mercedem? Ipsi officium ( quantum arbitror ) erit adaequatum praemium: siquidem commendabilior Benedicti gratia, est posse facere uel in utero mira. Pretiosum aliud & insigne innuit lascinia huius modulatio. At quid? Auguror sanctificationem in utero.

21

Vocem Ioannes audivit de caelo mysteriosam quidem, igitur diuersimodè afficiebat sensationem: modo praelij, modo uox resonabat lætitiæ. Moduli ergo blandiebantur dulcisonis suauitatibus, & compungebant secus monodis uocibus; in quarum reflexione mutuo sese complectebantur lamenta & numeri, musicæ & lachrymaz. Intende: Vocem quam audivi, tanquam uocem aquarum multarum, & tanquam uocem tonitruui magni: sicut citharædorum citharizantium. Tom. I. Taut.

Ss 2.

silencia luna. Videbis plura hujc argumento consona Tom. 2. Tautolog. 1. in Exposit. lit. num. 9.

Audimnt oculi vocem splendoris, dum musica collocatur in radijs : sed Luna inter, quaudiu non illuminatur a Sole. Progressuram ut luceat, prosequuntur tenebræ. Sese abdit in latebris oppositi hemisphærij, donec accipit lucem, mirabilis in consummatione. Nunquam a mortalibus circumspicitur, priusquam illuminetur : & illic præcinit, quæ sine luce siluit. Luna sed plena, plauditur in Ecclesia N. Patriarcha. Cæteri, astra rationalia, reconduntur silentes & gementes, propter piaculum primigenia transgressionis. Si Luna Solis nanciscitur radios, agitatur motus in melos. Ecce Benedicti in utero clarius speculum. Signum est, dum vocem forniat in mulicem ; vel in vulva accepisse gratiæ splendorem. Nusquam videtur Luna, nisi illuminata : dedecbat enim, qui oriebatur ad illuminationem orbis, ut à cæteris mortalibus videretur sine radijs : & voces aptat pupis ad modulationem ; ut nascentis reliqui mirarentur puritatem : igitur nihil fortius allicet suspensionem mentis, quam videre illum candorem in utero genitricis.

24 In templo uteri recondidissimi Abundantiæ completentis duas columnas Ecclesiæ, timor libenter Salomonis studium in ornatu epitylij columnarum. Quasi in modum ( dicitur ) retis, & catenarum sibi invicem miro opere contextarum. Et subinde Super capita columnarum opus in modum lilij posuit : perfectumque est opus. Retia & flores ? Erunt sane retia clathri, ne manus tactu pulchritudo delibetur, qua gaudent oculi ? Catenæ florum dicuntur, ut strictim custodiantur. Flores & retia. Insignis, ac omnino singularis structura ! Iccirco Benedicti sanctificationi propria. Liliu symbolum est candoris, recte verò hieroglyphicum constructæ libertatis : & simul exploratur vincula & flores, dum signatur Benedictus in utero genitricis : si quidem prorsus spectabile portentum, ut in vinculis naturæ floreat ut liliu.

Retia & flores. Miro opere. Iurè. Priusquam animæ præsent pulchritudine florum, cadunt labe in retia Protoparentum. Retia quidem sunt naturæ insectæ, priusquam adherere pulchritudo gratiæ : ac opus catenarum in modum lilij dicitur mirum ; quippe singulare miraculum, ut cum alij iaceant naturæ custodia in vinculis transgressionis, Benedictus ipsam retibus emineat, quasi liliu puritatis. Alij florum post ortum : neutiquam mirum. Opus mirum est in simbolo lilij, & retis : igitur hæc summa pulchritudo floris,

Signu est splendoris gratiæ, in utero matris consonantia musicæ.

3. Reg. 7. 17. 22.

Speffabile portens, quod in alio matris floreat ut liliu.

Eius virtutis gratia in genitricis custodia.

ut inlar floris videatur venustissima gratia, priusquam emergat e retibus, & genitricis custodia. Aliter dilucet miraculi claritas. Fios portendit velocitatem temporis. Pier. Valer. lib. 55. cap. 8. iuxta illud Poëte de Rosa:

Ad primos radios interitura die. Etiam flos emblemata pulchritudinis. Sic enim subdit idem

Sideris & floris est Domina una Venus. Et florbis, retibusque ornatur columnarum capitellum, ut plus rutilent in anaglyphis symbolorum miraculum : igitur si flos significat pulchritudinem, ætatem, tempus, & gratiam ; Benedictus abidubie etiam in utero confectus est ætatis pernicis singularem victoriam : siquidem dum gratia nanciscitur pulchritudinem floris, transvolavit vel in vinculis velocitatem aligeri temporis.

25 Uterius. Postquam alij prodeunt ex retibus vulvæ matris, in terra apparent pulcherrimi flores : igitur nemo renatus, qui non natus. Postinde ac egressi à natura carcere, minime micant in rete. In retibus, quæ conditio factus constituit, Benedictus ut liliu candorem induit. Nonne erit cunctis admiratio, quod effloreat ut liliu vel à principio ? Priusquam splendeat in hominibus gemma rationis, longo tempore ratio manet in vinculis : ac satagite crebro de dominatu sensibilibus appetitus, quæ aliquando ob sopitam rationem rexit ut dominus. Benedictus impediens nescit ætatis : etiam in retibus patet venustas floris : igitur in vinculis ubi cognitionis aboletur nomen, eminet purior cognitionis lumen.

Cæterò, Lilia sculptantur inter retia. Momenta temporis significant lilia, iuxta illud Profani, Æneid. 6. v. 883.

Manibus date lilia plenis. Reliqui Sanctorum dicant venuste flores, non in retibus gemmantes ; quia intemperie dierum adduntur, procul splendore latentis. Neutiquam offerunt primores ætatis flores, quippe ratio subditur vinculis temporis ; ubi intelicctus captivus trahitur, & nesciens in tyrannicam potestatem adducitur. Cæterum Benedictus, quid ? Studet musicæ, etiam addicctus conditionis catenæ. Quid in veritate symbolorum gloria, dum splendent miro opere vel in umbra ? Ab ipso enim ætatis exordio spectaculum præsignatur admirationis : igitur in retibus genitricis, Deo dicavit primores flores ætatis.

26 Ultra progrediamur. In specie pulcherrima columnarum epitylij, excudit malogranata Salomon, & studiosè. Malogranatorum ducenti ordines erant in circuitu ca-

Pier.

Virgil.

Pulchritudo inest ficationi antevitæ pernicia et tempore.

In utero ubi uter, que ratio iacet, flares clarior cognitionis lumen.

Virgil.

In vinculis genitricis Deo dicavit primores floras ætatis.

Ibid. 20. pi.

pitelli. Hæc etiam mala punica affabrè polita comitabantur tintinnabula ( sicuti placet Rabb. Isaac apud Villalp. & Pinedam de Templo ) igitur in columnarum epitylij nexu eminebat apprimè tintinnabulorum, maiorum punicatorum florum, & retium. Etò. Iam rutilat Benedicti musica in utero. Rete demonstrat vincula factus, flores ætatem, tintinnabula vocem : illustris sanè ornamentum columnarum forma, quæ ad vivum exponitur in Abundantiæ fecundiore vulva. Opus undecunque pericctum ! Nullum profecto excogitari potuit amplius miraculum ; quam quod Benedictus, illic ut flos rationalis emicuit in potestate temporis, erumperet melo suo in consona musicæ, etiam in vinculis & retibus formationis.

27 Encomia laudis audiuntur, ibi ubi flores vinculis, & custodia artissimâ detinentur. Vox communis florum nihil aliud præter Heu. Apposuit Hyacinthi mutatio. Ovid. lib. 10. Metam. Fab. 5.

Ipsæ suos genitus solij inscribit & Ai Ai Flos habet inscriptum, funestaque litera ducta est.

Heu, Ai frequenter vagitus, quippe ceciderunt, & detinentur in retibus : ac opus dicitur mirum, ubi necuntur rete, flos, & tintinnabulum ; quia admirationi obsequitur, vocem exandri hilaritatis, ubi suspiria expectantur gemebundæ conditionis.

Signatur his floribus carcer, uterus matris, quo ligantur arctè vinclis. Silentium tessera inest servitutis, vox iudicium libertatis. Vel respiratio tremula nescit levamen, semper enim suspicatur suffocationem : ac in præcordijs Abundantiæ Benedicti matris, coherent luculentè anaglypha tintinnabuli, floris, & retis ; igitur in discrimine silentij & vocis, vox consona musicæ indicavit adeptum candorem gratiæ.

28 Studio prætermisimus ornatum malorum punicatorum, ut portenderent huiusmodi triumphum. Malum punicum à Pier. Valer. lib. 54. cap. 31. astruitur victoriæ signum. Præclare. Sed qualem victoriam obtinet Benedictus in utero matris ? De noxa herelæ primavæ supplantationis. Ideo præcinit : iccirco vocem extol. Vox cantoris exprimit lætitiæ pectoris ; & nulla maior, quam incolunitate originariæ labis : igitur plausibilior victoriæ in certamine gratiæ, est illam nancisci, priusquam infans egrediatur è vinclis, quæ natura construxit beneficio formationis.

Vigilanti verbo usus est Rabbinius, tintinnabula describens cum malis punicis, in sulcrum signi sanctificationis in vulva ma-

Rabb. Isaac.

Obsequiis inquisit sanctitatis vox laudis in retibus formationis.

Flos Hyacinthi.

Ovid.

Heu saepe in floribus.

Vox musica iudicavit in Benedicti candore gratiæ.

Pier.

Præcinit victoriæ gratiæ, vel in utero rete.

Ibid. 20.

tris. Haud dicit Malogranata, & tintinnabula : sed malogranata, quasi tintinnabula. Idest, forma malogranatorum epitylij erat in speciem tintinnabuli. Sæpius ipsa victoria in malo punico expressa, erat vox : ipse triumphus clangor est ; quandoquidem si infans silet, ubi in retibus uteri nascendum gemit dulcedo singularis consonæ musicæ, explicat proculdubio victoriam gratiæ.

29 Lux quidem plauditur gratiæ. Intende. Ut obtineretur a Gedeone insignis victoriæ, Dedit ( dicitur ) tubas in manibus eorum, ( militum ) lagenæque vacuas, & lampades in medio lagenarum. Ingeniosum bellicum stratagemata ! Priusquam conferret cum hostibus signa : Cœperunt buccinis clangere, & complorare inter se lagenas. Minime tubis clangunt post editam lucem : buccinis utique increpant, antequam hostes mirarentur splendorem. Cœperunt buccinis clangere, & complodere lagenas ; ut illic videretur lamp. dum claritas. Haud parva victoriæ, celebratur triumphus clangore ? Servatur planus post fervorem prælij, secundo Marte : cur ergo prius tubis perfonant, quam victoriam obtineant ? Ut singulariter celebretur triumphus, in quo illis consulit stratagemata Deus. Si lux primum ostenderetur, postque resonaret tuba ; vox victoriæ sequeretur incem. Lux post sonitum tubæ, erat habere signum victoriæ ipsam vocem : priusque perfonant tubis, postque fractis lagenis, demonstrant lampades ; quia clangor buccinarum, quæis fortiter increpabant, erat signum splendoris, quem iam habebant.

30 In vas uteri fidelibus obnubuit Abundantiæ thesaurum splendidi Ecclesiæ lampadam, scilicet Scholasticam, & Benedictum. Lux, & oclusa ? Quomodo si oclusa, notatur lux ? Innuit vox. Lux in hominibus gratia est : adventu Verbi Dei lux venit in mundum : & duo gemelli erumpunt in canticum ; ut voce altisona modulationis musicæ, ostentaretur in pupis splendor gratiæ. In reliquis prius videtur lux, quam vel balbutientium audiat optata vox : siquidem prius prodeunt in lucem, quam edant vocem. In Benedicto, & Scholastica prius auditur vox musicæ, postque gaudent aurâ vitali : innuentibus hymnis, quibus dulciter perfonabant, lucem fulgoris gratiæ, quam iam habebant. Sonus spectabilior est vox rationis, in primo numero ætatis. Sæpe saltu infantes loquantur, & vociferantur motu. Voce gemelli fantur : & voce musicæ, ut ostentent insignis victoriæ gratiæ. In prognosticon perfectionis futuræ vitæ præfertur melodia vocis. Prodigium factus est multis : igitur dicere

Dulcedo musicæ cœcinit victoriæ gratiæ.

Judic. 7. 25. ver. 19.

Vox exprimitur signis victoriæ.

Splendor gratiæ præferretur in 40 cc.

Prodigiū multis musicæ in utero matris.

etere quibat cum Regio Pſalte: In te confirmatus sum ex utero: de ventre matris mee, tu es protector meus. In te cantatio mea semper. Ideo prodigium orbi, siquidem vel in utero os aureum repletur laude.

DIDASCALIA XV.

Rudis ornatu vita caret.

Auson. 1. A Struit Aufon. Edyl. 15. Verum quis rudis? Qui caret ornatu rationis: igitur cum vita hominis sit vita rationalis; quisquis caret huius regula (spectabili prosis) veniunt, ornatu vitæ privabitur, & sponte. Lex enim homines constituit, Proclamat Paulus. Præclare. Nullatenus sunt homines sine lege. Lex urget, ut vivant iuxta naturam, quam præscriptit ratio formam: & negant homines hominum vitalitati, quicquid iuripiunt in operibus rationi. Apposuit N. Gloriosus Legislator in Regul. Prologo. Sic enim ait: Ausulta, o fili, præcepta Magistris. Absona videtur vox: respondet quidem Magister legenti, auditus Discipuli: vel si filij allicite dulcedo vocis, aptius cadet admonicio patris. Haud aliter loquitur in Regula S. Basil. Andri sili (ait) admonitionem patris tui. Cur ergo Benedictus non discipulum discipulum vocat, sed filium; dum exercet magistrum? Ut indicet quid sit natura rationalis, & officium instructionis. Homo ab homine gignitur, non formatur. Format ratio, & hæc doctrinâ elucescit. Unde ut educatur in conditionem geniti, præcepta debent influere Magistri: siquidem sine regimine viva sepeliatur ratio, & procul rationis luce, non erit homo. Oculis ratio dicitur. Quid sine luce operabitur? Ante mortem perit, dicit Stoicus Cordub. epist. 93. Quo pacto ante mortem, si vivit, moritur? Quia non plena vita instruitur. Non ut diu vivamus curandum est, sed ut satis. Longa est vita, si plena: impletur autem, cum animus sibi bonum suum reddidit. O: ad se potestatem sui transfudit. Hæc Seneca ubi supra. Sine bono est homini vita, sed vita non rationalis: verum vita irrationalis non est hominis. Ductur in vitam rationalem, cum auscultat Præceptorem: non est ratio sine magisterio: sine ratione, non homo: & pro officio Patris vividè signatur Magistri rectè docentis, igitur per Regulæ, & Præceptorum admonitionem, in vitam format Discipulum rationalem. Animo vivit extra, qui querit vitia. Si

Pſalm. 70.6.

Auson.

Heb. 7. 28.

Vita hominis ratio.

S. Ben.

S. Basil.

Costruit, naturâ boniâ formalegit.

Senec.

Ante mortem perit qui irrationaliter vivit. Idem.

gnat, vel Ethnicus in Gistel. act. 2. scen. 1. verl. 4. Iactor, crucior, agitor, stimulator in rota miser, Excantior, feror, differor, distrabor, deripior, ita nubilam mentem animi habeo. Ubi sum, ibi non sum: ubi non sum, ibi est animus.

Haud potestatem sui habet, qui bonum proterit: sine bono, & sui potestatem nemo plene vivit. Unde ante mortem perit, quicumque vel feliciter vitam agit; & non vivit, dum vitæ regnavit turpiter. Quid octoginta anni iuvant per inertiam exacti? Non vixit iste (subdit Seneca) sed in vita mortuus est nec serò mortuus est, sed ditu. Octoginta annis vixit. Interest, mortem eius, ex quo die numeres. Luculentè: igitur omne tempus rationis extra legem, est mortis iurisdictionis, & ante mortem.

De Prodigio revertente in domum, dixit Pater: Mortuus erat, & revixit. Quomodo mortuus, qui ligurivit patrimonium, & vixit voluptatis ad libitum? Alij pereunt post mortem, alij ante mortem. Prodigus pro regula rationis prolubium duntaxat sequebatur libidinis, sine synderesi, sine lege, sine ratione: & verè ante mortem dicitur mortuus, qui ad omne facinus vixerat emancipatus: igitur perperam vita invenietur rationalis, ubi conculcatur turpiter forma rationis. Mortuus dicitur, qui in mundo florebat, quia florebat mundo. Qui nequam gerit vitam (frequenter loquimur) non habet animam. Ab anima profectò procedit vita. Prodigus ita in indigna collocavit, ut vitam rationalem præteriret: diciturque vita, & non vita, quæ regulis rationalis non erat consona. Erat ergo vita mundo, nullatenus celo: & nisi vita hominis præceptis cœlestibus conferatur, quantumlibet vitam agat, in vita moritur.

Ratio ad manum est. In quolibet homine est duplex homo. Non ut somniantur Manichæi, quatenus duplex anima esset in homine, quorum una bona, & quæ virtutes; & alia vitiosa, è qua exeant catervatim iniquitates: sed quia cum ille constet ex materialis & spiritali principio; spiritalis dicitur interior, materialis exterior homo. Omnia complectitur Paulus, cum dicit: Video aliam legem in membris meis ( ecce homo exterior, scilicet appetitus sensitivus) repugnantem legi mentis mee, ( ecce interior homo, videlicet ratio) & captivatum me in lege peccati. Huius lex est lex Divina, idè dicitur Novus homo. Illius lex est concupiscentia, & propensio vitiosa. Accidit dicitur Vetus homo. De quo

Plaut.

Mors est ante mortem vita extralegem.

Senec.

Luc. 15. 24.

Mortuus in mundo vivit, qui vivit mundo.

Plat.

Quid sit interior, & exterior homo mot.

Rom. 7. 23.

Idè, v. 22.

quo Patres passim. Plerumque igitur interior homo signatur charitate, & spiritu Dei imbutus, cuius anima gratia: & exterior, quatenus fertur motu naturali in objecta sensibilia. Aliter dixerim hominem exteriorem, hominem physicum; & interiorem spiritalem hominem: quo sensu possunt delinari plura Scripturæ testimonia: de quibus Tautolog. 5. in exposition. Litteræ, num. 24.

Modò ad rem. In quolibet hominum est homo exterior, & interior. Homo exterior, qui physicus homo, coalescit ex anima, & corpore unctis. Interior, qui spiritalis, ex anima & gratia, anime forma. Unde si homini deest iustificatio, non est homo: quia quod vivit, vivit sanè Deo; in quo vivimus, movemur, & sumus. Quapropter David ait: Deus cordis mei. A corde vita: & sine Deo vita nostra omnino mortua. Non est homo, dum moritur: quia anima, quæ forma, a materia distinguitur: ergò quavis physice existat homo, non erit homo, si aufugit iustificatio. Pro subiecto gratia habet animam, quæ corpori communicat vitam; liquidem est vita vitæ in homine vivente: & iurè dicitur vita hominis mortua; si deficit forma vitæ prælians in gratia.

Formavit Deus spiraculo in vitam hominem primum; ut vita hominis breve cunctis claresceret spiraculum: quod quidem in respiratione status est; in expiratione mors. Contulit ergo statim halitum vitalem, Et factus est homo in animam viventem. Utile porò innotescit documentum, quod videtur paradoxum. Vita provenit ab anima: sufficiebat sanequam dicere: Contulit spiramine animam, ut per illam intelligeremus hominis vitam. Deinde. Omnis anima vivit: cur ergo dum anima lutea imago formatur in hominem; homo dicitur factus, & in animam viventem? Proclivè cogitationis requies. Formavit Deus hominem gratia originali ornatum, iustitiæque venustissime præditum. Anima sine gratia, est vita mortua; & homo primus dicitur factus in animam viventem; quippe simul cum natura adeptus est etiam gratiam iustificantem. Dicitur homo, propter insignem hominis interioris, qui florebatur primè donis naturalibus, & gratuitis. Gratia illustrat naturam: & natura hominis concipitur habens gratiam; quia si non nancisceretur gratiam iustificantem, haberet vitæ spiraculum, sed non animam viventem. Idè pro Spiraculo vitæ, Tigur. OnKala, Maluend. & Caiet. Spiraculum vitarum. Sanè Vitarum, quia vita à gratia, & vita ab anima, Vita corporis ab anima: vivit anima

Sine Deo vita non sra mortua.

Pſal. 79. 20.

Gratia vita vita.

Genes. 1. 7.

Vivens dicitur anima, quæ gratia est Deo.

Cur spiraculum vitarum?

Tigur.

gratia vitæ: & anima vivens aptè dicitur in Adamo; quoniam inerat anima iustificationis pulchritudo.

Pende. Præceptum Dominus posuit; quod Adamus præterivit. Præceptum tulit, ut homo noceretur rationalis: igitur non homo sine custodia legis: Morte morieris (ait) in quocunque die comederis fructus. Comedit. Est mortuus Adamus? Nullusdum ambigit. Quid? Nonne longo tempore vixit? Profectò longum, sed nullo modo abrogatur decretum. Hominis vita stat in anime gratia: & iurè dicitur in vita mortuus, cui actum gratia vivifica virtus; igitur si tantum vivit, qui solum vixerit Deo, vel in vita morietur fracto mandato. Haud vivit secundum interiorem hominem, qui perperam actus vixerit extra legem.

Vita inerat, sed non plena. Plena est spiraculum vitarum. Plena, cum constat ad amantissim legem. Plena ( iuxta placitum Senecæ ) cum animus sibi bonum suum reddidit: haudquamquam, cum resillit à bono, & vivitur sine sensu. Plena, cum appetitus auscultat rationi, & ratio subditur legi. Moritur homo, quia abest forma hanc rusticam fabricam lustrans, & miro artificio totum corpus vivificans. Hæc est forma physici hominis, & subiectum formæ hominis spiritalis: unde non plene vivit deficiente gratia; quia in forma vitæ deficit vita superioris forma.

Indè elaret sensus tententia superioris: In quocunque die comederis, morte morieris. Sufficiebat Morieris. Neutiquam. Peccator ante mortem conculcat vitam. Vita est, & hominis exterioris, & hominis spiritalis. Exteriori subtrahitur vita, dum mortem obit interiori, vel dum vivit. Intercedit vita in morte, quia rationalis forma revocatur à materia. Selungitur vita etiam in munere vitæ; quia deficit gratia, quæ forma est vivificantis forma: & dicitur Adamo, Morte morieris; simulac veritum malum male gustaveris: quippe deficiente forma vitæ, quæ gratia; secundum interiorem hominem morieris illicò in vita.

Periodus difficilis Doctoris Gentium occurrit dilucidanda, in qua carnis, & spiritus notatur pugna. Inter sacrum, & saxum, quasi inter incudem, & malleum ferreum exclamat: Infelix ego homo! Quis me liberabit de corpore mortis huius? De corpore mortis: Stylus prorsus subillis. Aliqua diximus hic, Didasc. 7. num. 5. & 8. num. 1. Paulus porò vivit: cur ergo queritur sine morte de morte? Iurè, Secundum interiorem hominem, ait: & secundum hominem interiorem mors astruunt; quia moralis vel in vita libitò mori-

Genes. 2. 17.

Peccator in vita non vivit.

Senec.

Sine gratia, in forma vita dicitur forma.

Idè moritur in vita.

Rom. 7. 24.

verf. 22.

Mors sui rituali à corpore inserit.

Ver. 27.

Spiraculo vitæ non est nisi quasi subtrahitur gratia.

Homo non vivit sine spiraculo gratia.

Ecclesi. 48. 12.

Galat. 5. 25.

Vita vivere tamen, mortis est signum.

Prov. 71. 8.

titur. H. omo exterior moritur morte, qua corpori deficit forma naturalis vite. Homo interior moritur vite, licet corpus con- flet vivificante forma; quia mors illius oritur à morte corporis, seu interitu carnis, & mors illius tantum à corpore mortis. Modò infelicitatem pendere, & infelicitatis medica- mentum. Intellectus est mors, & medicina vita. Ubi igitur medicamen inquit vitæ? In vita? Minime: in gratia. *Quis me liberabit? Gratia Dei.* subdit. Gratia Dei, quæ vita vitæ, vindicat vitam à morte. Vivitur vitæ: Nullo modo duntaxat vivitur gratia. Vivimus, si plene vivimus: vitæ obtinemus plenitudinem, si in naturali vita vivitur secundum hominem interiore. Paulus de homine spiri- tuali querulus loquitur, & vita plena duntaxat gratia tribuitur: siquidem spiraculum vitæ à homine non est vita, dum subtrahitur gratia, vivens forma.

Clarius ergo. Paulus etiam dum vivit, astruit mortem, exprimens vitalis mortis ingeniosam tyrannidem. Haud queritor de morte corporis, iusto, vel amaritudine pla- cida: sed de corpore mortis, in quo iustio- ri voluptatibus dira: ideo ut acquirat mortis huius libertatem; ad gratiam accedit, non ad animam viventem. Anima vivens neces- saria est, ut liberemur à morte corporis. Gratia verò ut vindicemur à corpore mor- tis: & Paulus infelix (propter carnis & spiri- tus pugnam) sollicitans libertatem & vitam, gratia implorat auxilium & non vitæ; quia interior non vivit sine spiraculo gratia.

Quot igitur vivunt? Nescio. Quam multi non vivunt? Scio. Vitam agunt insen- sate, & vitæ moriuntur; siquidem havent vitam, & non gratiam. *Nos vitæ vivimus tantum:* ait Siraides. Quis enim aliter vi- vit? Homo spiritualis subditus legi. *Vivimus spiritu,* dicit Paulus. Haud vivimus tantum vitæ, sed spiritui, cui vitam nobilem commu- nicat gratia: igitur novi homines, facti primo in animam viventem, facti sumus in spi- ritum animam vivificantem. Vita vivere, est sequi facta carnis & spiritui vivere, præcepta observare legis. Qui facta carnis spiritu mortificat, vivit, & vivet. Qui secundum carnem vixerit, morietur, & morietur: etenim sce- lerum patet turpiter signum, dum vitæ vivi- mus tantum.

Quis est homo, qui vult vitam? Omnes. Præscriptionem legis sequere. *Serva manda- ta, & vides.* Inefficax videtur ratio, ut vi- vat homo. Quamulti frunntur vitæ, & præ- termittunt mandata. Scelus vitæ: & non vivit, quia scelus. Vitijs vitam agit, & simul vitam proterit; igitur caret gratia, à

qua rationalis vita, & sine qua vita mortua. Absque observatione præceptorum vivit, sed vita non vivit; siquidem vita rationalis à ra- tione pendet: & minime in homine micat lumen rationis, ubi declinat iter recisissimum legis. Unde merito Sapiens vitam signat, mandatorum custodiam; quoniam per illam peccator obtinet gratiam. Quid ergo erit homo sine gratia? Non erit. Nihil igitur est homo, ubi deest iustificatio.

6 Arguit recte malitia. In Aegyptijs egentibus exprimitur constitutio peccatorum. *Nec clam te est, quod absque corpori- bus, & terra nihil habemus.* Ex corpore & anima confatur homo. Corpus assignat illo- rum opinio: sed ubi anima? Ubi vita? Non est vita sine anima; & habentes animam di- cunt animam non habere; quia solummodo vivebant in vita, corpori. Vivere corpori, in homine non est vivere: est vita, vivere cor- pore in vitam animæ; quæ obtinetur gratia Dei, dum sumus in hoc tabernaculo, & pe- reginamus à Domino. Homo corpore tantum non vivit: ideo dicitur cadaver: & Agy- ptij afferunt viventes non habere animam: igitur sine gratia nequaquam habebant vi- tam. Bene, nihil præter corpus. Moriuntur in vita, & apparent se esse animata cada- vera.

Aprius. Homo corpore tantum non est homo. In huiusmodi infelicitatem peccato- rem impellit legis transgressio. Servatio mandatorum est animæ vita. Ex effectu vitæ in vivente, cogitatur anima: & asserunt pec- catores, esse absque corporibus nihil: quia sine gratia Dei anima non habet esse. In Deo solummodo vivimus, movemur, & su- mus; quia nil sumus sine Deo.

Sententiam Davidis exploraveris *Cor mun- dum crea in me Deus,* penitens flagitat: & subinde supplicationem explicat: *Spiritus rectum innova in visceribus meis.* Cor mun- dum signat spiritum rectum. Sic, verum cur modò *Innova,* & modò *Crea:* Innovatio est in præsupposito subiecto, creatio namque sit ex nihilo. Quid ita, quod præcatur relictum, posse creari? Quia à seipso delinquendo de- fecit. David plurimis deliquit. Cum peccato stat peccantis natura, sed avolat gratia. Sine gratia non est esse: & esse hominis, quod ha- betur, dicit Davit, quod de novo creatur; quippe sunt nihil rationales in natura, ni na- turæ accedat spectabilis gratia.

7 *Tu creasti omnia, & propter volunta- tem tuam evasit, & creata sunt,* chorus ce- lestis extollens laudibus maiestatem Divi- nam, præcluebat in gloriam. In Philosophia gratiam Sacra notatur ut singularis propositio, cum

Peccator vivit, & non vivit, quia pec- cator.

Gen. 47. 28.

Peccato- res, non habent animam.

Sine gra- tia ani- ma nihil

Psal. 50. 12.

Peccato- in se deo sicut.

Apoc. 8. 2.

Homo si- ne gra- tia nihil est.

Cur ho- mo cum gratia di- citur no- va crea- turæ?

Alcaz. & Alap.

Hominis existitio à gratia.

Nullum in homi- nibus sup- positum meritum ad iusti- ficationis beneficii veri. 10

Apoc. 8. 2.

Homo si- ne gra- tia nihil est.

Cur ho- mo cum gratia di- citur no- va crea- turæ?

Alcaz. & Alap.

Hominis existitio à gratia.

Nullum in homi- nibus sup- positum meritum ad iusti- ficationis beneficii veri. 10

Apoc. 8. 2.

cum creatio non sit ex subiecto præsuppo- sito. Erant & creata sunt; absque concinnat. Destruunt sanè, quod astruunt. Erunt uti- que, & non erant, si existentia creantur. Quo- modo creatio, quæ non ex nihilo? Haud agere. Et est esse gratia in rationalibus crea- turis, & esse naturale conditionis. Conditio in naturalibus est quidem aliquid, sed cælo nihil: & iure dicitur creatio, quæ planè ex nihilo est; quia rationales sine gratia, licet vivant, nihil sunt.

Ab esse naturæ, beneficio Dei sublevan- tur ad esse iustificationis, in quo accipiunt sine meritis novum esse. Sunt quidem in esse naturæ, sed sine gratia non sunt. Ideo usur- patur creationis vox: siquidem nihil est, quanvis sit homo, dummodo non exereat gratia Deo. Sunt igitur & creantur, dum ad esse gratitudinis generose perventur: igitur sine gratia, esse conditionis rationalis (prout habetur in cælo) minimi ponderis. Nihil dicitur, quod non predest: quid pro- dest homini, si mundum universum lucretur, cum anima suæ detrimentum patiat? Me- ritò ergo vocatur in natura creatio, ex qua exurgit nobilitate conditionis novus homo.

8 Aliqui intelligunt in ly *Creata sunt.* (cum iam signentur creata) *Opus misericordie salutis, & redemptionis.* Vide Alcazar & Cornel. Alap. hic. Confirmatur cogitatur propositum, & beneficii iustificationis argu- mentum. Subintelliguntur quidem creata, quæ erant; & non erant, quousque essent red- emptione creata. Gratos fecit, cui condi- dit, rationales redemptionis: & hæc dicitur ap- te de novo formatio; quoniam naçi sunt re- liciter gratiam, qui nihil erant Deo per col- laram existentiam.

Ni velis, exprimi vestigium Divinæ cha- ritatis, in eiusmodi creatione creationis. Nullum ergo meritum invenit in homine, ut sese hominibus in Redemptorem daret. Ni- hil non sunt merita: & dicitur gratia in hominibus vel natura creata; quia natura rationalis prorsus nihilo, ut à Deo ita iustifi- carentur homo. Hominem iustificavit, quia voluit; sicut creavit, non aliò, nisi quia placuit. Ideo in throno Seniores *Mittebant coronas suas.* Sine illo nihil potuerunt facere; & grati- stam offerunt, quod potuerunt. Ut aptius dicas: non offerunt, sed restitunt. Ab illo quidem bona cuncta procedunt: igitur meri- tis gratia inferatis, ut extiterent; esse natu- rale infernum, quasi non esset.

9 Denique: *Erant & creata sunt.* Id est, iterum creata. Creata sunt iterum, ut essent. Et erant? Utrique: sed in naturali conditione, non verò in statu gratia. Erant secundum *Tom. I. Taut.*

speciem; & formam apparentem, haud qua- quam secundum interiorem hominem. Pri- mum format natura, secundum gratia: & hæc dicitur hominis existentis creatio; quippe cum natura rationali sine gratia, non est homo. Est homo mortuus: & homo mortuus non homo. Ad gratiam igitur natura accedat, ut vivat; cum rudis peccator & ornata vitæ careat.

DIDASCALIA XVI. Quid est beata vita? Perpetua.

1 Dixerunt hæcine gnome Seneca, *Epist. 93.* circa vitæ felicitatem & infelicitatem: igitur si non beata, non vitæ; & beata non est, quæ non perpetua. *An istam dicam mortalem vitam, an mortem vitalem? Nescio.* Sic August. lib. 1. *Confes.* cap. 6. Cui succinit Lucil. *Antholog.* lib. 1.

*Percurri & ipse miserimus, Hanc difficilem, & non vitalem vitam.* Utrumque dixerim: quippe ex vitalitate mortis mors oritur vitalitatis, ita ut quæ non perpetua, nequaquam credatur vita.

Ex bonis inclusis in arcuula corsicæ Pan- doræ, nec ullum remansit in solamen natura. Duntaxat alternant Spes, Timorque (Nescio quodnam acerbus tormentum, ubi lego: *Lacubus multitudinis languentium expectantium.* Quorundam bonorum, sicut & malorum, in- tolerabilis magnitudo est. Timeatur malum, speratur bonum. Quantum erit infelicitatis timor, dum felicitatis vel spes ipsa timeatur? Prompsit tristitiam discipulorum pedus, cum dixerunt: *Nos autem sperabamus.*) Spes melioris fortis, timorque gravioris infeli- citatis, ut corda hominum agitent; reman- serunt cogitationum concives. Placuit sic fingere Hæcodo in *Theogonia.* Aliquibus verò visum, bona pariter cum malis mista vagari in terra.

*Unde agitant Superi mortalia peccora, latis Tristia miscentes.*

Canit Achilles Bocchius lib. 1. *Symb. 8.* Qua- propter alijs placuit, bonorum & malorum non fuisse in mutatum conditionem, sed faci- em: non naturæ lineamina, sed vestimenta: ita ut voluptas ornaretur cultu doloris, & dol- lor indumento voluptatis. De naturalibus in politica transfert ingeniosè hæcibus Porcius *Sylloge 1. Emb. 15.* ubi in coide hominis sic sculpsit: *RELLIGIO,* cum hoc disticho: *Non mihi Religio cordi est, sed amor regionis: Nivirum Regio in Religione latet.*

Quam verum sic dicat Aquilo. Et oculus plorat, & lachrymis indicat: igitur eundem

Creantur homines, ut sint quia sine gratia non sunt

Senec.

August. Lucil.

Vita est vita perpe- ua.

Ioan. 5. 3. Spes a- crior ti- more.

Luc. 24. 21.

Hæcodo.

Achil. Bocch.

Bona et mala in mundo mutuo habitus si involan- tur.

Iacob. Bonit.